



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Abductio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

infervit, vel munera gratis dat Principi, vel Episcopo, intentione conquirendi dignitatem, vel beneficium, quod deinde non confertur; Principem nullo modo ad restitutionem urget, sed suam inanem spem meritis deplorat.

CAPVT VI.

§. I. De Raptu.

1. **I**N Methodo Conf. lib. 2. cap. 6. §. 9. sic habes: In duobus differt raptus à stupro. Primò, quia stuprum semper est cum virgine, at Raptus est de quacunque muliere, imò etiam puero, qui sanè Raptus est omniū turpissimus.

2. Secundò, Stuprum solum dicit violentiam, vel ad summum fraudem: at Raptus præter violentiam, addit abductionem. Ita Filius. 2. tr. 30. c. 6. & me citato Diana, p. 9. tr. 8. ref. 2. citatisque etiam Hurtado, Præposito, aliisque. Est enim Raptus peccatum luxuriæ, quo persona aliqua abducitur cum violentia, ad turpem actum cum ea exercendum. Addit igitur malitiam contra iustitiam atque aded specialiter confitentiam.

3. Abductio Sponsæ de futuro ut item Sponsæ de præfenti, id est, Coniugis per duos menses ante consummationem Matrimonij, ad quod consummandum prædictum tempus conceditur; Abductio, inquam ejusmodi sponsatum, si est ad finem ritè complendi Matrimonium, non est raptus. Ita Filius. *ibid.* quia, etiam repugnantibus Parentibus, non est abductio ad id, quod est prohibitum: sed si est ad illicitum finem, explendæ scilicet libidinis; erit Raptus speciatim in Confessione manifestandus.

§. II. Additio.

1. **A**D Raptum tria ex dictis requiruntur. (Lege f. 5. Sanchez lib. 7. de matr. d. 12. & 13. Less. l. 4. c. 3. d. 9. aliisque: Primò, vi illata: Secundò finis in honesta libidinis, in qua includitur finis Matrimonij contrahendi; nam eo modo, id est, violenter Matrimonium velle, inhonesta libido est. Tertiò, abductio. Nonnulla addamus de singulis.

Vis illata.

2. Quare, si vis inferatur renitenti mulieri cuiunque, etiam non virgini, quamvis Parentibus violentibus, vel tum muliere, tum Parentibus invitis, vel solis invitis Parentibus, ipsa Muliere consentiente, semper erit raptus explicandus in Confessione, quia semper in prædictis modis præter malitiam luxuriæ adest malitia violentiæ, quæ est contra iustitiam. Nomine Parentum hic veniunt quicunque sub sua potestate mulierem forde habent, Pater, Tutor, Curator, Maritus, Sponsus, Amici, Consanguinei, &c.

3. Petes hæc occasione: Qua ratione se gerat mulier, ne peccet, quando vis illi inferatur? Respondeo, ex Sâ. v. Luxuria, 16. *Que ab aliquo opprimitur* (inquit) *tenetur ad sui defensionem illum ledere. An verò teneatur clamare, & resistere, quantum possit sine periculo vite, & fame non convenit inter Doctores. Ego isti accedo, qui resistendum putant.* Hactenus Sâ. Ego verò non solum istud accedo, verum etiam puto tutum nullo modo esse non accedere. Ratio est, quia secus Mulier cooperaretur cum alieno peccato; esto, certissima sit se propriè delectationi non consentiam.

4. Sed quid si resistere nequeat? Respondeo, ex Tol. lib. 5. cap. 1. n. 10. *Si femina* (inquit) *cogeretur ad turpem actum, dummodo ista interius non consentiret illi, quavis patretur ab altero, & sentiret etiam delectationem, sed sine consensu in ipsam, non peccaret, nam agens absque consen-*

su, non agit; cum consensu autem, est mortale.

5. Quid denique? facillè credam femine, oppressam non consentire? Respondeo, ex de L. tom. 1. de iust. d. 13. l. c. 10. n. 199. *In praxi* (inquit) *credendum est, violentiam oppressionem, & abique parte femine. Ravissimum enim est, quod si veli, possit aliquo modo resistere, & violationem impedire; sed metum, ob animi imbecillitatem, & aliquando etiam latentem lasciviam affectum, quem manifestare amicus desunt, consentiunt femina, saltem inviti: qui tamen sensus, licet ex parte involuntarius sit, sufficit ad peccatum grave, quem consensum, sicut & congressum ipsum desunt virili fortitudine impedire, & ravissime congressum delectationem turpem ab invita omnino & relictæ captare velle. Hæc de Lugo. Cum autem mulierem impedire potuisset, intellige, illam deinde apponere non solum negativam resistenciam, sed etiam positivam, id est, motum, & agitationem congrui quantum potest. Si enim quicquid ipsa remaneat, cooperatur peccato alterius? nihil enim ille alio scampina quatit, nisi quietam congressui se præbere. Quod si propter suum motum, semen viri extra mittatur; invadenti imputabitur, non ipsi iure relictæ; & nota *ibidem* de Lugo, ipsam non posse scire, quamvis viro seminante: quia ad id nullum ius habet, quare quantum potest ei seminationi resistat esse.*

Finis inhonesta libidinis.

6. Si ergo est ad alium finem, ut si rapetur puer, ut fieret serva; Plagium esset, & vocaretur, quod species furti, non raptus.

Abductio.

7. Hinc, si per viam sine abductione de loco ad eum, femine quis copuletur, peccabit quidem peccato contra iustitiam, specialiter confitendo, sed propriè raptum non committet. Ita *suprà* §. 1. *idem* dic, si per fraudem: Nam dolus, & frans violentiæ æquipollent, *l. unica, §. & si quidem, & penas autem, cap. de rapu virg.* cum perinde fiat iura contra iustitiam. Pari modo si eandem cogitavimus ducendo de vno cubiculo ad aliud, vel de loco ad locum non valde distantem in eadem domo seu prædio, non diceris propriè rapere, licet, violentiam specialiter confiteri debeas; quia non est vera abductio illa, quæ mulierem in diversum moraliter locum non transfert.

8. Si Mulier rapiat, abducaturque virum, etiam a finem libidinis non esse propriè raptum, docent metum non pauci apud Sanch. citatum: Ita ipse Sanch. Glos. Hurt. Præp. Pont. Reg. alique apud Dian. p. 10. tr. 8. ref. 28. contra Marant. Averlam, Martinum. Sed intellige quoad penas *more* dicendas, quæ solum fulminantur in viros rapientes feminas, non contra: ceterum, si verè adfuit violentia, adfuit & malitia contra iustitiam, quare cum adfuit etiam vera abductio, ut supponimus, non est, vnde negandum sit illam esse quoad culpam, raptum.

9. Hæc, quoad culpam. Quoad penas, live quæ sunt in corpore Iuris Canonici c. Raptor, 33. c. statum 27. d. 2. live in Tridentino sess. 24. c. 6. de ref. marr. hæc numerantur, (pena enim capitis, aliæque, quæ insigniuntur per Ius Civile, & quidem semper post sententiam, ad nos non pertinent; videatur Lessius lib. 4. cap. 3. m. 68. & Azor. p. 3. lib. 3. cap. 15.) Prima est, ut raptor aliena sponsa, publica poenitentia puniatur. Secunda, ut idem non possit amplius cum vlla alia matrimonio contrahere. Putatur autem à Doctoribus, hoc esse impedimentum impediens, non dirimens, imò hoc ius jam esse vltro abrogatum. Tertia, ut tum raptor, tum ejus adjuutores sint ipso facto excommunicati. Quarta

11

À a 4 dispergitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN